




# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/316395>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



13

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER,

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

## PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

## MARTINUS PLOOIJ,

*Mosa Trajectinus.*

Die IV M. NOVEMBRIS A. MDCCCLIII, HORA II.

---

**Trajecti ad Rhenum ,**

APUD J. D. NOLET,

MDCCCLIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

## THESES.

---

### I.

Pignus pro obligatione naturali constitutum actione quasi-Serviana peti potest.

### II.

Liberi ex matrimonio putativo nati (si parentes vel alter eorum in bona fide erant) ex Jure Romano legitimi non habentur.

### III.

Minus probandum quod dicit VANGEROW: possessio civilis est quaelibet possessio cum animo domini, possessio naturalis quae est alieno nomine, qualem habet e. g. creditor pignoratitius. Sed cum SAVIGNYO statuendum: possessio civilis est quae prodest ad usucaptionem.

IV.

L. 63 Dig. de cond. indeb. eundem casum continet ac  
l. 92 § 1 Dig. de solut., et cum ea conciliari potest.

V.

Non adsentior PUCHTAE *Cursus der Institutionen* § 220  
m. statuenti, bello captis, in pace demum reversis, postli-  
minium esse, nisi contrarium convenerit.

VI.

Si quis ex sua materia opus alteri conficiendum suscipit  
(art. 1640 C. C.), emtio et venditio locum habet.

VII.

Ad alimenta ex art. 376 C. C. praestanda quisque libe-  
rorum in totum tenetur.

VIII.

Matrimonium per procuratorem, qui ignorat mandatum  
revocatum esse, celebratum omnino valet.

IX.

Sententiam, quâ divorcium declaratur, heredes tabulis status  
civilis inscribendam mandare possunt.

X.

Minus probandum leglatorem ei, cui ob infirmitatem curator datus est, jus non praebuisse testandi.

XI.

Cicatricis causa damni resarcitio peti nequit ex art. 1407 C. C., si non adest patrimonii diminutio futura.

XII.

Pater (vel mater) tutor qui usumfructum bonorum filii legitimum habet satisdare debet.

XIII.

Decoctor administrationem rerum suarum amittit inde ab initio forocessionis, nec obstat art. 770 C. M.

XIV.

Qui nominum ludi publici (loterij) commercium exercet non est mercator.

XV.

Heredes, foroessione post mortem secundum art. 767 C. M. declarata, pactum remissorium proponere nequeunt.

XVI.

Non facio cum CHAUVEAU et HÉLIE, *Théorie du Code Pénal*, (chap. 56 du faux témoignage t. III, p. 290), contententibus falsa dicta testium, quoad nullum damnum exinde nasci potuit, non constituere crimen perjurii.

XVII.

Universitas delinquere nequit.

XVIII.

Improbanda est sententia Jureconsultorum CHAUVEAU et HÉLIE (chap. 50 de l'adultère t. III, p. 227) reconciliatione conjugum extingui actionem poenalem in causa adulterii.

XIX.

Condemnatus gratiam a Rege concessam recusare nequit.

XX.

Verbi divini ministris actio in civitatem de promisso honorario non competit, verum ecclesiae.